

At erat oibus. Ad bellū? At ipsi de pace cōsiliū cōperatis. Ergo nec ut principio fieret pax: dux: aue-
 auctor fuisse repior: nec cætera in quibus me calūniatus ē: uera eē apparēt: Post pacē uero cū philip-
 po factam: uidete quid uerū nostrū sibi sūperit agendū. Ex hoc enim intelligetis: quis fuerit phi-
 lippi fautor ad omnia p̄ficienda: & quis pro uobis atq; cōmodis uestris omnia gerebat. Ego igit sen-
 tentia mea tūc decreui: ut legati celeriter ad ea loca nauigarent: in quibus philippum fore audirēt:
 ac iusiurandū ab eo reciperēt. Hi aut nec quum me auctore decretum eēt facere uoluerunt. Quid ue-
 ro id refert iudices: ego ostendam. philippo quidē conducebat: quā plurimū tēporis mediū fore an-
 quā iusiurandū p̄staretur: nobis aut ut quā breuissimum eēt. Quā obrē? Quia uos quidē non solū
 ex quo iurauissetis sed ex quo sperauissetis pacē eē faciēdam omnē apparatus belli dissoluistis. Ille
 uero omni tēpore hoc uel maxime captauit: putans id quod erat uerissimū quæcūq; ex nostris cæ-
 pisset: priusquā iusiurandū p̄staret: ea omnia se eē retenturum: nec ob id pacem uiolatā dici pos-
 se. Quod ego prospiciēs atq; cōsiderās sentētia mea decreui ut legati ad philippum celeriter nauig-
 gantes iusiurandū acciperent: ut habentibus sociis nostris Thraciæ loca quæ iste nunc subtraxit: Ser-
 rium uidelicet & Myrgiū & Ergiscā: iusiurandū reciperetur: nec anticiparet ille in locis maxime op-
 portunis ad bellum gerendū occupandis: neue inde pecuniarum ac militum copiam nāsceret ad
 cætera euertēda: Sed hæc non memorat Aeschines: nec decretum hoc recitat. Si uero legatos philip-
 pi recipiendos cēsi hoc reprehēdit. Quid agere debui? an decernere ne reciperētur ii qui ea de cau-
 sa uenerant ut nobiscum loquerentur? aut ne architectus locum eis in teatro daret? At pro duo-
 bus nūmis id sibi cōparassent si non decreuissem. Ea scilicet quæ paruam utilitatem reipu. afferebāt
 curare me oportuit: uniuersa uero quæadmodū isti uenalia habere: nequaquā. Recita igitur decre-
 tum hoc: quod iste sciens prudensq; præterit. ~~DECRETVM~~ Hoc me tunc decernentem: &
 utilitatē reipu. non philippi sequētē: contēnētis isti boni legati tres menses totos in Macedonia de-
 siderunt quoad rediret philippus: omnibus in Thracia locis per ultim occupatis dum liceret eis a pn-
 cipio decē diebus: imo aut tribus aut quattuor in hellepontum profectis iusiurandum accipere &
 loca illa ab omni periculo liberare. Neq; enim ea tetigisset præsentibus nobis philippus: aut iusurā-
 dum non recēpissimus. Itaq; nec utrūq; simul haberet & pacem & oppida. Prima igitur in ipsa lega-
 tione philippi quidē fraus: corruptela autem pessimorum hominum huiusmodi fuit: cuius gratia
 & tunc & nunc & semper: me istis profiteor inimicum. Aliud deinceps etiam maius & grauius faci-
 nus aduertite. Postquam iusiurandum præstitit philippus: amissa prius Thracia istorum culpa: q-
 meo decreto parere noluerunt: rursus emit ab istis ne antemacedonia decedant quā exercitum cō-
 tra Phocenses parauisset: ne ea re huc nunciata: & cōsilio eius cognito: uos intra Pylas nauigantes
 (ut prius fecistis) aditum clauderetis sed audiretis ipsum Pylas ingressum: quum iā nihil impedire ua-
 leretis. Verū quia timebat ne Pylis etiā occupatis antequā phocēses euerteret: auxilium mitteretis:
 atq; ita res ipsum frustraret: rursus istū mercede conduxit: nō iā una cum cæteris sed sepatim: ut ea
 uobis nūciaret: per quæ oīa perire. Obsecro utri athenienses: ut in tota hac causa memineretis q; si
 nihil uagatus fuisset Aeschines extra terminos accusationis suæ: nec ego uerbum de aliis rebus fe-
 cissim. Sed cū maledictis aduersus me omniaria sit usus: necesse ē mihi quoq; ad unūquodq; pau-
 ca respondere. Quæ igitur fuerunt uerba quæ tunc ab isto dicta omnia subuerterunt: non eē ob id
 trepidandum. quia philippus pylas intrauerit. Nam omnia euentura eē quæ cuperetis si quietē age-
 retis. Audituros enim duobus aut tribus diebus: quibus ut hostis uenerit philippus eisdem amicū
 factum: quibus uero ut amicus hostē. Non. n. uerba firmare amicitias inquit: sed idē conferre. Con-
 ferre autē tam philippo quam phocēsis quam uobis: ut insolētia ac petulantia Thebanorum cō-
 primeretur. Hoc multi læto animo audiuerunt: propt̄ eam quæ tunc nobis erat cum Thebanis dis-
 sensio. Sed quid paulopost euenit? Miseri phocēses deleti sunt: eorumq; urbes euersæ. Vos autem
 hoc auctore atq; suafore quietem agētes: ex agris omnia reportare: & in tutum conferre necessita-
 tem habuistis. Hic uero autē accepit: & præterea inimicia aduersus Thebanos nobis remāsit: gra-
 tiā uero horū factorū philippus adeptus est. Ut autē ita fuisse uideatis: recita mihi Calisthenis de-
 cretum: ac philippi epistolam. Nam ex his duobus omnia erūt nobis māifesta. Dic **DECRETVM.**
 An ad hoc pacē fecistis uiri athenienses? an hoc uobis mercēnarius iste nunciauit? Recita nūc epi-
 stolam: quam postea philippus huc scripsit. **EPISTOLA.** Audite q; manifeste in hac epistola sociis
 suis ostendit: se hæc inuitis ac dolentibus uobis effecisse. Quā obrē si recte sapiāt Thebani & The-
 sali: hos inimicos putare debent. Mihi aut credere: quæ licet non iisdem uerbis scribat: eandem ta-
 men habent sententiam. Itaq; sic eos sibi obnoxios fecit: ut nihil posthac suspicionis aduersus eum
 susciperent: sed sese illi credere non ueteretur: omniaq; eius fidei permittere. Ex quo factum est ut
 miseri Thebani in præsentem inciderint calamitatem. Hic uero qui fautor & adiutor fuit Philippi
 qui falsa renūciando uos decēpit: ipse nunc Thebanorum calamitates deplorat: eorumq; exitū
 ut miserabilē enarrat: quum ipse Thebanis & Phocensibus: & cæteris græcis causa fuerit malorum

animad-
 vertete
 (sino mi)